



Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum
Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ
Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Virtutibus Moralibus, De Justitia Et Jure Et De
Contractibus

Antoine, Paul-Gabriel

Ingolstadii, MDCCXXXIII.

VD18 90392159

Q. 22. Quænam sunt pœnæ usurariis constitutæ?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40993

rescier-
ctantes,
am da-
cum ni-
uit do-
ta. Si
recipiat,
atis, an
cepit
, sicut
ere, &

r adit-
es par-
iræ pe-
Quia
injuste
is. 2.
xerce-
luntad
e repe-
muni-
confici-
actus,
ntum,
l faciat
: mor-
onte.
netur

netur ad restitutionem, quia sponte volenti, & roganti non sit injuria. *Ita S. Antonin.* 5. Factores seu negotiorum gestores, qui contractus usurarios faciunt, & famuli cogentes ad usuram solvendam, 6. Proxenetæ, hoc est, qui querunt eos, qui pecuniam indigent, adducuntque ad usurarios, dum isto modo partes agunt usurarii. At non tenentur, dum agunt partes mutuatarii, quia tunc beneficium ei præstant, & non est in eorum potestate, ut gratis mutuum detur.

Qui autem ita remotè concurrunt, ut non censeatur causa dñni mutuatario illati, non tenentur restituere: quales sunt secundum multos famuli, qui recipiunt pignora, eaque custodiunt, qui numerant pecuniam, qui referunt omnia in librum rationum: quia non censeatur causa damni, cum independenter ab illorum opera illatum sit; & quia circa illorum operam non est invitus mutuarius, nec de illa rationabiliter conqueri potest.

Q. 22. Quænam sunt pœnæ usurariis constitutæ?

Resp. Usurarii notorii, seu manifesti sunt 1. Infames in utroque Jure, ideoque irregulares. 2. Privantur communione altaris, ac sepulturâ Ecclesiasticâ. & eorum oblationes non possunt accipi, cap. 3. *de usur.* ex Conc. Gener. Later. 3. Non debent ad Confessionem admitti, antequam satisfecerint, vel cautionem dederint,

cap. ult. *de usur.* in 6. ex Conc. Gener. Lugdun. 4 Irrita sunt eorum Testamenta, nisi ante mortem restituerint, vel cautionem legitimam dederint, ex cap. cit. 5. Pro Clericis, qui moniti non desistunt, suspensio ab officio, & beneficio ferenda: pro Laicis excommunicatione ferenda, usque ad debitam restitutionem. cap. 7. *de usur.*

Porro Usurarius notorius est ille, qui facto, vel jure manifeste usurarius est. Est notorieta facti, dum mutuat palam ad usuram, ita ut nulla tergiversatione celari possit. Est notorius notorietae juris, quando de hoc crimen in iudicio convictus est, & damnatus. In Gallia dicitur admitti sola notorietas, quæ habetur per sententiam judicis.

CAPUT IV.

De Deposito, Comodato, Precario, & Mandato.

NO^TA. Depositum, Commodatum, &c. sumuntur h̄ic pro contractu, licet s̄pē sumantur pro ejus materia, scilicet re deposita, commodata, &c.

Q. I. Quid est Depositum?

Resp. Est contractus, quo aliquid alteri cu-
stodien-